

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la
Dilingæ, 1685

40. De filio viduæ suscitato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

ducare. Manu tenuit: nam eos, qui ex imbecillitate ceciderunt, roborat ad surgendum: *Ambulare cœpit:* quia surgentes à peccato, debent se exercere in operibus bonis: cibo refici jubet, qui roborat vires cœlesti pane.

MEDITATIO XL.

De filio viduæ suscitato. Luc. 7.

PUNCTUM PRIMUM.

Quatuor portito-
res. **D**efunctus erat adolescens, in quo signifi-

Ier. 9. 1. **D**cantur illi, qui æstu cupiditatum jacent mortui Deo, quæ ferè sunt, luxuria, ambitio, cu-
piditas, ira, & isti sunt innumerabiles, quos de-
flore liber cum Ieremias: *Quis dabit capies meo a-*
Metu proprio *quam, & oculis meis fontem lachrymarum, &*
suscitat. *plorabo diu ac nocte imperfectos filia populi mei?* Non fortuitò occurrit funeri, sed ex providen-
tia, & facit non rogatus modò, quod alias non
nisi rogatus. Verum & cum rogatur, ipsius est
inspiratio, ac ita totum ab illo est, & præparatio,
& justificatio peccatoris.

PUNCTUM II.

Luc. 7.
13.
Palam
suscitat.

Misericordia motus super viduam, dixit illi:
Noli flere. Non jam occultè, sed palam pa-
trat miraculum suscitationis, ad fidem prædica-
tioni faciendam. Et dum movetur misericor-
diā, ostendit non ostentationis causā id facere;
& docet erga afflitos commiserationem, maxi-
mè

mē erga viduas & pupilos. Porro lachrymæ pro
precibus sunt apud Deum, & præcipue Ecclesiæ
pro peccatoribus fusæ. O dic Domine: *Noli flere, Inspira*
siste lacrymas, causam earum auferendo. *Act*-
tionum cessit & tetigit loculum: & qui portabant, stete- tactus.
runt. Tangit Deus peccatorem, antequam su-
scitet, modò timorem, modò spem, aliósque af-
fectus excitando: stant portatores, quatuor illa
genera passionum, per quæ ad inferos peccator
deportatur: nam cohibetur illarum vis, ut detur
locus resipiscentiæ.

PUNCTUM III.

Suscitat defunctum, dicens: *Adolescens, tibi Verbo*
dico, surge: hæc est Verbi omnipotentia, non imperat;
ut Elias, & Elisæus opus habuit supersterni de-
functo: *Et resedit, qui erat mortuus, & cœpit lo-* Sensim
nibus serviunt suis, sentiunt adhuc difficulta- fugiunt
tem; incipiunt tamen loqui, confitendo peccata
sua, veniam petendo, & Deum laudando pro
vita sibi reddita. Quare non indignabor super ta-
les, si non statim deponant prorsus pravas qua-
dam consuetudines. *Dedit illum matri sua, so-*
latum sene&tutis: sic justificatos dat Ecclesiæ
ad gaudium, & exultationem, etiam ipsius tri-
umphantis. Revertitur adolescens suis pedibus,
recuperato vigore spiritus gradiens illuc, ad con-
gregationem videlicet justorum, unde elatus e-
rat mortuus per inordinatas cupiditates. Et ac-
clamatum est Domino: *Quia Propheta non*

Aa 2 gnno

gnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plenam suam.

MEDITATIO XLI.

De Lazaro suscitato. Ioan. II.

PUNCTUM PRIMUM.

Ioan. II.

*3.
Modus
orandi.*

*Io. 2. 3.
Cant.
5. 8.*

*I.
Solatiū
justorum*

Sores Lazarus nuntiant Christo : *Ecce, quem amas, infirmatur : forma orandi brevis, efficax, & perfectorum, per insinuationem tantum procedit ex amoris Dei erga se multa fiducia, cum resignatione integra in illius voluntatem. Uti licet pro jaculatoria, & possunt variari verba, quem creasti, qui est tua imago, quem redemisti, &c. & pro infirmatur, alia quævis necessitas supponi spiritualis, vel corporalis. Similis fuit illa : Fili ! vinum non habent : & sponsæ : si inveneritis dilectum, dicite : quia amore langueo.*

PUNCTUM II.

Cristus renuntiat sororibus : *Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam : & tunc mansit in eadem loco duobus diebus : intra quod tempus Lazarus mortuus est.* 1. Magnum solatium impertit Deus justis, quando mala eis obvenientia significat esse pro gloria sua : id vero sequitur, vel quia mirabiliter, non cogitantes liberat, vel quia eminere facit justorum virtutem in